



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LIV. Johann, Bischof von Halberstadt, bestätigt die wunderthätige Marien-Capelle zur Klausen bei Tangermünde und die am 15. Dezember 1423 von dem Markgrafen Friedrich getroffenen Anordnungen, am 22. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

chen nach Sante Lucien tag, der heyligen Junckfrowen, nach Christi vnfers heren gepurte Viertzen-
hundert Jar vnd darnach in dem dry vnde tzwenzigsten Jare.

Gerden's Dipl. II, S. 307—314.

LIV. Johann, Bischof von Halberstadt, bestätigt die wunderthätige Marien-Capelle zur Klause
bei Tangermünde und die am 15. Dezember 1423 von dem Markgrafen Friedrich getroffenen
Anordnungen, am 22. Februar 1425.

Johannes, Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Halberstadenfis ad perpetuam
rei memoriam, Vniuersis et singulis Christi fidelibus innotescimus per presentes, Quod nuper Illustris
Princeps Dominus Fridericus, Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archica-
merarius et Burggravius Nurembergenfis; nec non Venerabiles viri Domini Nicolaus Gherckel,
Prepositus et Capitulum Ecclesie Sancti Johannis in Tangermunde, nostre Diocesis sua nobis pe-
titione monstrarunt, quod cum pridem omnipotens Deus ad laudem et honorem beatissime sue ge-
nitricis Virginis Marie de sua solita bonitate et misericordia in Capella eiusdem beatissime Virginis
Marie prope et extra muros Tangermunde, ad Clusam vulgariter nuncupata, suis fidelibus gra-
ciam et auxilium diuinum ostendere dignatus est, In qua quidem Capella ad laudem et honorem
eiusdem omnipotentis Dei sue genitricis altare pro cultu diuino obseruando erectum, fabricatum ac
nostre de consensu extitit consecratum. Ea propter memoratus Dominus Fridericus Marchio
diuine remunerationis intuitu de oblacionibus, obuencionibus et elemosinis in Capella predicta pro-
uenientibus una cum consensu predictorum Dominorum Prepositi et Capituli debitam et legalem sta-
tuit atque fecit ordinationem, cuius tenor sequitur in hec verba: (Urkunde No. LIII). Vnde pro
parte dominorum Frederici Marchionis ac prepositi et Capituli predictorum nobis fuit humiliter
supplicatum, quatenus ordinationes predictas paterna affectione confirmare, dictamque Capellam
predictis domino preposito et Capitulo incorporare dignaremur. Nos igitur Johannes, Episco-
pus prefatus, Supplicacionibus dominorum predictorum, utpote iustis, fauorabiliter annuentes, volen-
tesque diuinum cultum promouere et quantum possumus in ecclesia dei adaugere, supradictam or-
dinationem et incorporacionem ac omnia et singula in ea descripta et contenta grata et rata ha-
bentes, auctoritate nostra ordinaria duximus confirmanda, eaque tenore presencium dei nomine con-
firmamus, ratificamus et approbamus. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum pre-
sentes nostras confirmacionis et incorporacionis literas exinde fieri et sigilli nostri fecimus appen-
sione communiti. Datum in Castro nostro Gronynge, Anno domini millesimo quadringentesimo
vicesimo quinto, ipso die Sancti Petri ad Kathedram.

Gerden's Dipl. II, 306. 307. u. 314. 315.